UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio

Romae, 1657

3 Defensores Ecclesiae constituendi formula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

Visual Library

& Iacobus Gretzerus *in Commentarijs ad Codinum De officijs, & officialibus Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ lib. 1. cap. 5. num. 3.*

Formula * verò conſtituendi Defenſorem talis erat. 3

Eccleſiaſticæ vtilitatis intuitu id in noſtro ſedit arbitrio, vt ſi nulli conditioni, vel corpori teneris obnoxius, nec fuiſti Clericus alterius Ciuitatis, aut in nullo tibi Canonum obuiant ſtatuta, Officium Eccleſiæ Defenſorum accipias, vt quidquid pro pauperum commodis tibi à Nobis iniunctum fuerit incorruptè, & viuaciter exequaris: Vſurus hoc priuilegio, quod in te habita deliberatione contulimus, vt omnibus,

quæ

quæ tibi à Nobis fuerint iniuncta, complendis, operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis ſub Dei noſtri iudicio rationem.

Quam formulam idem Gregorius recenſet *lib. 4. indictione 13. cap. 69. Epiſtola 25. ad Vincomalum Defenſorem, & lib. 9. indict. 4. cap. 33. ad Vitum Defenſorem*, & Baron. *dicto tom. 8. pag. 118. in verſ. Eccleſiaſticæ vtilitatis.*

Defenſor autem ſolemniter accepta Epiſtola ſuæ electionis dicebatur militare in ſchola Defenſorum teſte eodem Gregorio *lib. 9. Indictione 4. cap. 34. Epiſtola 34. ſcripta Romano Defenſori de Vito in talem conſtituto,*

hoc

hoc eſt Defenſoris onus obire intra ordinem, ſiue corpus Defenſorum ad tradita *in l. final. verſ. Milites autem. C. de locato*, quod * Verbum militare Ad- 4
uocatis propriè conuenire probat reſcriptum Leonis, & Anthemij ita conceptum *in l. Aduocati 14. C. de Aduocat. diuerſ. Iudiciorum, Aduocati, qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæque defenſionis viribus in rebus ſæpè publicis, ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quàm ſi prælijs, atque vulneribus, Patriam, parentesque ſaluarent: Nec enim ſolum noſtro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoraci-*

bus